

VIGLII ZVI-

CHEMI PHRYSII

IVRECONSULTI

CLARISSIMI,

Commentaria in decem titulos Insti-
tutionum iuris ciuilis.

*Quibus omnia penè testamentorum Iura ele-
gantè ac dilucidè explicantur.*

Titulorum catalogum sequens pagina indicabit.

*Del Col.
della Tomp.
deh' de' de' a
Lamancia ga
su Sibrenia.*



*num. 46.
33.*



LUGDVNI,
Sumptibus Philippi Tinghi Florentini.
M. D. LXXIII.

VIGLI
CIVITATIS
EX LIBRO SECUNDO
INSTITUTIONVM.

- X De testamentis ordinandis.
XI De militari testamento.
XII Quibus non est permissum facere
testamentum.
XIII De exheredatione liberorum.
XIIII De heredibus instituendis.
XV De vulgari substitutione.
XVI De pupillari substitutione
XVII Quib. modis testamēta infirmētur.
XVIII De inofficioso testamento.
XIX De heredū qualitate & differētia.
- Titulus {



CLARISSIMO VIRO,
ET PUBLICI PRIVATIQUE
IVRIS CONSULTISSIMO DO.

mino Gerardo Mulert, Cæsareæ Ma-
iest. apud Melchiniam
consiliario,

Viglius Zuichemus Phrygius
S. D.



ETSI Iuris civilis studium cum diffusa
rei ipsius natura, tum librorum multitu-
dine, opinionumque varietate, cum pri-
mis arduum ac difficile habeatur: per-
multi tamen omnibus penè seculis exti-
terunt, quos in eo addiscendo operam
ponere neutiquam piguerit: dispari quidem uti conatu,
ita etiã profectu: verum eleganter recteq; Flaccus in Arte
scripsit, Consultus Iuris & actor Causarum mediocris, abest
virtute disertis Messalæ, nec scit quantum Caselius Aulus:
Sed tamè in pretio est. Quod equidem, clarissime, idemq;
Iuris nostri peritissime Gerarde, non aliunde accidere ar-
bitror, quam quòd ut hæc disciplina humanis actionibus
præcipuè est accommodata: ita ipsi vicissim homines pecu-
liarem queadam erga eam affectum à natura sibi insitum
habeant. Cæteræ enim scientiæ vel diuina cõsentur origi-
ne, ut Theologia: vel communis naturæ clementia homi-
nibus mōstratæ sunt, quemadmodum Medicina, quã nec
ipsa etiam bruta, quo se ac vitam tueantur, ignorare om-
nino creduntur. Iuris vero constitutio, ac observatio, hu-
manæ mentis rationisq; ad eò propria est, ut hæc vna dif-
ferentia ab cæteris animalibus maximè separem ut. Qui-
cunque enim vsquam sunt populi, qui moribus vel legi-
bus non reguntur, ij in belluarum numero haud imme-



VIGLII ZVICHEMI
PHRYSII IVRECON-
sulti clariss. Commentaria in decem
titulos Institutionum Dom.
Iustiniani.

PRAEFATIO IN RVBRICAM
De Testamentis ordinandis.

SVMMAERERVMTRACTA-
tarum in Commentariis.

- 1 *Iustinianum scholasticas praelectiones ordinasse.*
- 2 *Institutionum usu & significatio.*
- 3 *Error nostrarum scholarum.*
- 4 *Mos academiae Patavinae.*
- 5 *Utilitas praesentis tractatus.*
- 6 *Materiam testati & intestati bonam Iuris civilis partem esse.*
- 7 *Duplex successio.*
- 8 *Duplici Iure hereditatem differri.*
- 9 *Duplex bonorum possessio.*
- 10 *Continuatio tituli.*
- 11 *Porci quaestiones frivuae.*
- 12 *Quosdam generales esse Titulos ad integram Tomum.*

DIVVS Iustinianus cum ius civile im-
menso, ut inquit Lilius, aliarum su-
per alias aceruatarum legum cumulo
inuolutam, in compendium & ordinem
quendam redigisset, tribus libris Pan-
dectatum, Codicis, & Institutionum,
vniuersam Iurisprudentiam complexus (nam Nouellae
ipso usu rerum exigente paulatim postea accesserunt) illud
etiam minimè negligendum credidit, videlicet ut ex pru-
dentissimorum doctorum consilio & suggestionem prae-
scriberet, praefiniturque quid & quibus temporibus in
scholis